



Per.
Lat
020

LATIN IFJÚSÁGI FOLYÓIRAT. LATEINISCHE JUGENDZEITSCHRIFT. REVUE LATINE DE LA JEUNESSE.

Administrator, ad quem pecuniae dirigantur : ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel.: 1-422-15).

Moderator, ad quem manuscripta mittantur : I. WAGNER DR. Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon: 2-686-34).

Prodit Budapestini quotannis decies. Pretium subnotationis an. 1936—37. in Hungaria 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Gyrus aerarii comparsorum postalis in Hungaria : 57.292, in Austria : A—37.880. Subnotatores earum gentium, unde simplex pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulis «Coupon réponse international» appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, pretium annum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.

Commentarioli de Guilelmi Marconi vita atque inventis.

Mihi, clarissimi professoris I. Wagneri rogatu, de Guilelmo Marconio, viro quam qui maxime amplissimo, in multorum ephemeridis, cui Iuventus inscriptio, lectorum utilitatem scripturo, sententiae illius, velut scalptra¹ a Mussolinio Duce expressae, qua «Marconius divinus interminatae magnitudinis speculator idemque praepotens spatiorum dominus» est declaratus, in mentem venit. Etenim nullum, quod sciam, de tanto viro aptius commodiusque iudicium protulerit quispiam : suis enim inventis, a radio nomina ducentibus, Marconius, cum subtile erectumque ad rerum naturas persequendas ingenium adhibuit, humaniori beatiorique humani generis societati reddendae operam dedit. Decimi quinti igitur saeculi flexu Christophorus Columbus quinque navigioliis sempiternam sibi, Americam inventam, comparavit famam ; proximis vero annis persimilem adeptus est gloriam Lucensis² ille Vir,² qui, aéro-

navis alis nisuque sublimis elatus, immensum percucurrit Oceanum in Americamque venit.

Utrumque nuperrime excepit Marconius, qui, nullius vel navigioli, vel aeronavis adminiculis usus, ut orbis terrarum incolae, quae sentirent, eminus exprimerent atque momento temporis interiecto redderent, effecit. Quam ob rem temporis atque spatii vincula fracta iam iacent, hominesque, quamquam alius ab alio longissime abest, inter se loqui, alius alii opem ferre, fausta³ ominari,³ gratulari, bona siquando dicere verba possunt. Vergilianum ergo illud mihi ad rem aptanti iterare liceat : «Ave, magna parens rerum Marconia tellus !» Tantus igitur vir ubinam, quoniam tempore natus sit, praeterea quatenam eius vitae fuerint vices, novisse praestat iuvatque.

Guilelmum Mar-



Marconius cum uxore filiolaque in celoci sua (vulgo : yacht).

¹ vésó = Meissel = ciseau ² Eckener a. 1914 aeronavis Zeppelinianae erat (moderator) ³ szencsét kívánni = beglückwünschen = feliciter

conium ergo non modo lucidum Italarum decus appellaverim, sed etiam sideri atras nubes per illunem⁴ noctem, ut viatoribus redeat animus, depellenti adsimulaverim. Etenim sicut Columbī, Guttembergi, Schwarzi inventis novus ortus est rerum ordo, ita Marconiani radii gratiā novam rerum semitam⁵ ingressa est hominum societas.

Marconius igitur VII Kal. Maj. a. MDCCCLXXIV quodam in vico, cui Pontecchio nomen, apud Bononiam⁶ urbem sito, Aloysio patre, sollerti agrorum cultore, atque Anna Iemesona matre, muliere⁷ rarae castitatis, eximiae in Deum pietatis, natus est. «Quod si ignoti eius habitum quoque cognoscere velint, decens idemque sublimis, sermone facilis» is fuit; «gratia oris supererat» ita ut bonus egregiusque vir putaretur. In matris suavissimae sinu ad Christianae religionis normam atque usum educatus pueritiam adulescentiamque transegit, praetereaque anglice loqui, nullo⁸ negotio,⁸ didicit. Quod ei, lapsis iam annis, levamento, dum maiora petit in primumque doctrinae rudimentum incumbit, fuit.

Mater vero, musicorum studiosa, ut vestigia sua sequeretur filius, maluisset; at Rudolphi Ferrarii monitu passa est filium physicis operam dare; quin vero, quippe eius ingenio excolendo atque rei familiaris curae incumberet, nummulos quoque, insciente marito, ei donabat, ut quam animo conceperat spem, eandem ratam⁹ siquando efficeret.⁹ Ita vero factum est ut, cum in villula paterna rusticaretur, machinis extruendis in cenaculo¹⁰ incumberet in suiue admirationem Vornelli, fabri tignarii, atque Mignanii, agricolae, converteret animos. Prima disciplinae puerilis rudimenta Bononiae, deinde Florentiae magistris adprobavit,¹¹ postea vero, Labronem cum se contulisset, mediae scholae technicae alumnus fuit. At, quoniam animus minime cognitionibus, quas traderet magister, expleretur, matrem exoravit ab eaque ut Vincentius Rota, clarus physicorum professor, absolutam perfectamque traderet sibi uni disciplinam, obtinuit.

Interim haud longo temporis intervallo remotis infractisque rerum difficultatibus, quae obstabant impediabantque, sibi iam orientis gloriae viam aperuit: ex illa enim tempestate Marconius in dies meditari,¹² cogitabundus fieri;¹² Galvani, Voltae Franklinique inventa perpendere, ut rem magnam et ipse siquando inveniret (nec eum spes fefellit!); ephemerides de electrica vi agentes maternis, ut superius diximus, nummulis sibi comparare,¹² legere, pervolutare; Clerki Maxvelli Henrici Hertzi, Augusti Righi Colzecchi Honesti inquisitionibus, atque tubulo¹³ illi, quem Lodges anglice «coherer» nuncupavit, diu noctuque operam dare. Quorum virorum, rerum naturae perquam studiosorum, inventa, inter se cohae-

rentia, diu Marconius incogitavit, perpendit, atque demum sibi persuasit fieri posse, ut electromagneticis undis transmitti, quae homines cogitent, nullo adminiculo possent.


Hinc mirabiles Marconianae doctrinae fructus; hinc homines obstupere; hinc Gloria munere suo Guilelmum Marconium decorare coepit. Longum quidem est rerum enucleare¹⁴ vices, omnia exponere; iam novus rerum ordo patet atque Marconius noster de doctrina, de universoque hominum genere optime meruit: nam omnes invento suo beneficiis affectit, auxit, ornavit. Anne, ut cetera, quae innumera sunt, omittam, memorem navis, cui Titanico nomen, calamitatem? Numquis ignorat sexcentos circiter homines Marconiano invento servatos esse? Nonne Pontifex Pius XI sermones identidem¹⁵ cum humano genere ex Vaticano monte habet? Nonne iter facientes vel per aequora, vel per continentem terram, vel quoque per aëra, rerum quae domi, quae hic atque illic agantur, certiores magna cum laetitia fiunt? Praeterea aegroti nonne illustrium medicorum, qui longe sunt, normas auscultare possunt?

Quare non solum praeses Academiae et Senatūs Inventorum Publici atque Marchio ab rege Italiae factus, sed etiam praemio Nobeliano a Suecis donatus est. Sed de his rebus hactenus: at minime silentio praeteribo Marconium summo opere Patriam dilexisse, Lictoriae¹⁶ Fidei¹⁶ fautorem fuisse, atque morientem eis bene dixisse. Romae XIII Kal. Aug., post mediam noctem, in religionis consolationibus acquiescens, supremum obiit diem; et cum Romae, tum Bononiae sollempni, regio, paene dixerim, funere elatus est. Extrema eius verba «Uxor, Filiola, Italia, Dux» fuere, atque «novissima in luce aliquid desiderare oculi» eius. Nunc insolenti¹⁷ Bononiensis Cartusiae loculo placide quiescit. Eius fama volvendis annis augetur; eius memoria nulla unquam delebit oblivio; Marconius temporis atque spatii refugit vincula, proptereaque «viva volitat per ora virorum»¹⁸

Ioannes Baptista Bellissima

Prof. apud studiorum Universitatem (Pisa — Italia).

⁴ egészen (holdvilágmentes) sötét = ganz (ohne Mondschein) finster = sans lune ⁵ viam ⁶ Bologna ⁷ originis Hibernicae ⁸ fáradság nélkül = ohne Mühe = sans peine ⁹ megvalósítani = verwirklichen = réaliser ¹⁰ padlásszoba = Dachstübchen = mansarde ¹¹ vkinek megalégedésére végezni = beifallswert machen = faire à la satisfaction de qqun ¹² inf. hist. ¹³ cső = Röhre = tuyau ¹⁴ kifejtteni = deutlich entwickeln = développer ¹⁵ ismételtten = zu wiederholten Malen = à plusieurs reprises ¹⁶ lictores antiqui fasces portabant, ergo: fascistarum fides ¹⁷ feltűnő = auffallend = frappant ¹⁸ ex carmine sepulcrali Ennii poetae



LECTORIBUS MINIMIS.

Incipit¹ novus scholasticus annus.

(Emericus² narrat³ patri et matri primum scholasticum diem.⁴)

I. Octāvā hōrā ad schōlam properāvī.⁵ Scholam ā fronte tricōlor vexillum⁶ decōrāvī.⁷ Salūtāvī vexillum Hungaricum et intrāvī⁸ per portam in schōlam. Pedellus⁹ braccchio¹⁰ (demonstrāvī mihi primānōrum¹² auditōrium.¹¹ (Ibi est inquit, prima classis. Collēgae tuī iam adsunt.¹³ Intra tū quōque citō !) Intra vī. Vidi¹⁴ collēgās. Non ita magnus numerus¹⁵ adfuit.¹⁶ In ultimā sellā¹⁷ assēdi. Salūtāvī proximum¹⁸ collēgam, (longūrio¹⁹ ille²⁰ est): «Servus (tuus sum), amice. Ego Emericus A sum». (Servus, Emerice! respondit ille. Mihi Stephānus est nomen B.) Tum sōnuit²¹ tintinnābulum (campānula). Intra vīt dominus professor et nōs in templum dēduxit.²² Post nos parvos primānos processērunt²³ ē scholā in templum secundanī, tertianī, quartanī, quintanī, sextanī, septimanī, octavānī, longō ordine.²⁴


In templo suprā caput meum inscriptionem vidi: (Magnificat²⁵ anima mea Dominum). Dēvōte²⁶ orāvimus: Pater noster, qui es in caelis . . . et supplices²⁷ cantāvimus: Veni, Sancte Spiritus ! . . . Exhortatio²⁸ (praedicatio) reverendissimi domini professoris (sacerdotis) pulchra fuit. Post missam²⁹ Hymnum Hungaricum cantāvimus. Orgānoedus³⁰ professor noster orgānum pulsāvit.

Deinde dōminus director et dōminī professorēs redxērunt³¹ nōs in schōlam. Iterum³² intrāvimus in auditōrium. Tum iam ūnus et triginta discipuli³³ fuimus. Iam omnium³⁴ nōmina³⁵ scio. Discipulōrum nōmina haec³⁶ sunt: Alexander, Ambrōsius, Andrea, Arpādus, Adalbertus vel Béla, Carōlus, Colomannus, Dionysius,³⁷ Félix, Franciscus, Geōrgius, Geyza, Guilelmus,³⁸ Hadriānus,³⁹ Ioannes, Iosēphus, Iūlius,⁴⁰ Ladislāus, Ludovicus, Michaél, Nicolāus, Paulus, Petrus, Rudolphus, Stephanus, Thomas, Victor, Walthārius, Zoltānus.

(Desiderius Deszéry Budapestinensis.

¹ kezdődik = es beginnt = commence ² Imre = Emmerich = Emeric ³ elmeséli, leírja = erzählt, beschreibt = raconte, décrit ⁴ a napot = den Tag = le jour ⁵ siettem = eilte ich = je me hâtais vers ⁶ zászló, lobogó = eine Fahne = un drapeau ⁷ díszítette = zierte = décorait ⁸ beléptem = ich trat ein = je suis entré ⁹ az iskolai altiszt = der Scholdiener = garçon de salle ¹⁰ a karjával = mit dem Arm = avec le bras ¹¹ a tantermet = den Lehrsaaal (Hörsaal) = (salle de

classe ¹² az elsősökét = den Lehrsaaal der Erstjährigen, der Sexta = de la sixième ¹³ itt vannak = sind da = sont là ¹⁴ láttam = ich sah = j'ai vu ¹⁵ nem éppen nagy szám (csapat) = keine grosse Anzahl = un nombre pas très élevé ¹⁶ volt ott, volt jelen = war zugegen = étaient présents ¹⁷ az utolsó padba(n) = (in der) in die letzte Bank = sur le dernier banc ¹⁸ a legközelebbit = den nächsten = le plus rapproché ¹⁹ ²⁰ nyurga legényke ő, (est fordítatlan marad) = er ist ein Longinus, Langhans = une longue perche ²¹ megszólalt = ertönte = a sonné ²² elvezetett (levezetett) = führte uns (fort) (hinunter) = nous a conduits ²³ utánunk, kis elsősök után vonultak = hinter uns kleinen wandelten = après nous autres, les petits, marchaient ²⁴ nyolcadikosok hosszú sorban = «die Prima» in langer Reihe = dans



Machina undarum curtissimarum in Vaticano monte collocata (pag. 2.)

une)longue file ²⁵ magasztalja = es preiset = glorifie, ²⁶ ájtatosan = inbrünstig = avec dévotion ²⁷ térdre-hullva, alázatosan = kniefällig, demütig = à genoux, agenouillés ²⁸ a főtisztelendő tanár úrnak buzdító szentbeszéde = die Predigt = le sermon ²⁹ mise után = nach der Messe = après messe ³⁰ orgonaművész = der Orgelkünstler = virtuose d'orgue ³¹ visszavezettek minket = führten (leiteten) uns zurück = nous ont reconduits ³² megint = wiederum = de nouveau ³³ 31-en völtünk mi tanulók = 31 Schüler = 31 élèves ³⁴ valamennyinek = aller = de tous ³⁵ neveit, nevét = die Namen = le nom ³⁶ ezek, a következők (sunt fordítatlan marad) = folgende = que voici ³⁷ Dénes = Dionys = Denis ³⁸ Vilmos = Wilhelm = Guillaume ³⁹ Adorján = Adrian - Hadrian = Adrien ⁴⁰ Gyula = Julius = Jules

Festum Sancti Stephani.

Die festo Sancti Stephani, regis primi Hungariae, Budapestini eramus. Ad festum primi regis nostri etiam advenae multi in cor regni venerunt. Locis publicis passim¹ multos linguis

¹ mindenfelé = überall = partout, de tous côtés

extraneis² loquentes audivimus. Omnes in arcem regiam perrexerunt. Etiam nos in arcem iimus in templo Matthiae missam⁴ sollemnem audituri,³ quam Iustinianus Serēdi, princeps primas Hungariae pontificabat.⁴ Post missam magnus supplicantis populi processus (vulgo: processio) erat, nam dextra Sancti Stephani publicē portata est. Dextra regis magni mille annos mirabiliter integra mansit. Res insignēs arcis post processum spectavimus. Istam statuatam Beatae Mariae Virginis vidimus, de qua res mirae narrantur. Turci arcem occupantes (a. 1541) statuatam in moenibus inaedificaverunt. Anno 1686 moenia collapsa⁵ sunt et in foramine⁶ statua integra stabat. Post cenam in urbe ornata ambulavimus. Ad vesperum in Basilica Sancti Stephani preces (vulgo: litaniam) audivimus et pro intercessione⁷ Primi Sancti Regis Nostri oravimus «Sanctē Stephane Rex, intercede pro nobis apud Regem Saeculorum!»

Alexander Berényi, disc. IV. cl. gymn. Tatanus.

² külföldi = ausländisch = étranger ³ hogy meghallgasuk = um anzuhören = pour assister à ⁴ misét mondani = Messe lesen = célébrer la messe, officier ⁵ összedölni = zusammenstürzen = s'écrouler ⁶ nyílás, lyuk = Loch, Öffnung = ouverture, trou ⁷ közbenjárás = Fürsprache = intercession

LECTORIBUS MEDIIS

Ioannes hilaris.

Olim quidam dives habebat famulum, cui nomen erat Ioanni. Ioannes quotidie diluculo¹ surgebat et sero vespere dormitum ibat, toto die laborabat et semper hilaris erat. Praeterito tempore famulandi herus² secum reputavit: «Cur ego Ioanni mercedem solvam?»³ Stultus iste iuvenis etiam sine mercede libenter mihi famulatur.⁴ Ioannes sine tergiversatione⁵ altero quoque anno tam honeste, quam priore anno, famulatus est. Cum exeunte anno⁶ nullum assem⁷ accepisset, etiam tertio anno famulari⁸ perseveravit.⁸ Sed anno tertio praeterito Ioannes ore aperto dixit: «Tres anni, here, expleti sunt: solve mihi mercedem.»

— Optime est, Ioannes — ait herus; — quoniam honeste mihi famulatus es, iustam mercedem accipies.

Tum manum demittit in sinum⁹ et tres asses eximit et Ioanni tradit. Ioannes, qui non callebat¹⁰ pecuniam, asses, quos acceperat, laetissimus in sinum condidit. «Nunc iam — inquit — non amplius¹¹ me laborare oportet, quia pecuniam in sinu habeo.» Postquam herum

valere iussit, viam ingressus toto itinere sibilavit,¹² cantavit, saltavit. Cum in silvam pervenisset, repente pumilus¹³ ei oblatus¹⁴ dixit: «Quo vadis, Ioannes hilaris? Video bene tibi esse.»¹⁵

— Cur maeream? — respondet Ioannes. — Quidni¹⁶ sim bono animo,¹⁷ cum mercedem trium annorum in sinu habeam?

— Quantam pecuniam habes? — interrogat pumilus.

— Tres solidos¹⁸ asses: ne unus quidem as toti summae deest.

— Mehercule¹⁹ magna pecunia est — ait pumilus. — Ego sum pauperrimus, nullum assem habeo. Da mihi tuam pecuniam; tu, quod validus es iuvenis, satis pecuniae quaerere poteris.

Ioannes, ut erat benignus, tres asses pumilo tradit. «Cum tu — inquit pumilus — tam benignus sis, pro tribus assibus indica²⁰ mihi tria vota,²¹ omnia explebo.»

— Optime est — respondet Ioannes. — Primum opto, ut des mihi sagittam, quae, quodcunque destinaverim,²² feriat.²³ Deinde opto, ut des mihi fides²⁴ canoras,²⁵ quibus si cecinerim,²⁶ etiam semivivus²⁷ saltare incipiat. Tertium opto, ut nemo, quem aliquid rogaverim, mihi denegat.

— Fiet, ut optas — ait pumilus et sagittam fidesque ex pera²⁸ exemptas Ioanni tradit. — Quod vero quemlibet unquam rogaveris, non tibi denegabit.

Finis sequetur.

Valentinus Fehér Strigoniensis.

¹ pitymallat = Morgendämmerung = la pointe du jour ² gazda = Brotherr, Dienstgeber = patron ³ fizetni = zahlen = payer ⁴ szolgálni = dienen = servir ⁵ vonakodás = Weigerung = hésitation ⁶ az év végén = am Ende des Jahres — au bout de l'année ⁷ garas = Groschen = sou ⁸ tovább szolgálni = weiter dienen = continuer à servir ⁹ zseb = Tasche = poche ¹⁰ érteni vmihez = kennen = connaître ¹¹ többé = mehr = né... plus ¹² füttyülni = pfeiffen = siffler ¹³ törpe = Zwerg = nain ¹⁴ eléje toppanni = erscheinen = apparaître ¹⁵ kutya bajod nincs = es geht dir gut = tu vas bien ¹⁶ miért ne? = warum nicht? = pourquoi pas? ¹⁷ jókedvű = gut gelaunt = de bonne humeur ¹⁸ egész = ganz = entier ¹⁹ (Hercules) Isten ucse = (beim Hercules) bei meiner Seele = parbleu ²⁰ mondj = sage = dis-moi ²¹ kívánság = Wunsch = vœux ²² célozni = zielen = viser ²³ eltalálni = treffen = atteindre, toucher ²⁴ hegedű = Geige = violon ²⁵ szépen szóló = wohl-tönend = mélodieux ²⁶ (játsszani) hegedülni = spielen = jouer ²⁷ félholt = halbtot = demi-mort ²⁸ tarisznya = Ranzen = besace




Bellum omnium contra omnes. Abyssiniā ab Italis occupatā in Hispania bellum civile ortum est. Iam plus 13 menses ibi pugnatur et quamquam nationales $\frac{2}{3}$ partes regni ceperunt, quin¹ etiam¹ nuper magna urbs maritima *Santander* ultro se summo duci Franconi dedit, tamen nemo dicere potest, quando denique caedis finis fiat. Eodem tempore *Iaponenses* ex dissensione populorum Europae fructum² percepturi² per speciem³ nautae⁴ a Sinensibus interfecti — qui interim vivus repertus est — bello nondum indicto non solum urbem septentrionalem Pechinum vi ceperunt, sed etiam maximum Sinae meridianae portum, *Sanghaium* ingressi sunt, quo in certamine permulti utrimque ceciderunt, sed ne Europaeis quidem parcerit. Metuendum est, ne si Russi quoque pugnae immisceant, bellum gentium iterum universum cooriatur. Quod Deus avertat!

Expositio mundana Parisios undique homines spectandi causā hac aestate allicit.⁵ Si qui alii, Galli praeter alios maxime sciunt, quomodo frequentia⁶ peregrinorum⁶ expositionem spectaturorum augenda sit. Expositio ipsa res tot innumerabiles visu dignas praebet, ut quotidie 200—300 milia hominum intrent. Praeterea multis spectaculis advenae delectantur, quorum hand minimi sunt momenti ludi gymnici, in quibus iuvenes Hungarici quoque victorias tulerunt.

Septimum centenarium urbis Berolini mense Augusto sollemniter celebratum est. A. 1237, ubi nunc caput et sedes Germaniae situm est, piscatores habitabant. Cum cives divites facti saeculo XV a Hohenzollernis vincerent, ursus⁷ adhuc erectus stans in insignibus⁸ urbis dehinc quattuor pedibus it vinculis melloque⁹ infrenatus atque in tergo inflexo equitem Hohenzollernum portat. Tres Hohenzollernorum Berolinum ducentis fere annis ante auxerunt: princeps¹⁰ elector¹⁰ magnus *Fridericus Guilelmus I.*, *Fridericus Magnus* eiusque pater. Hortulanorum *Batavicornum*, textorum¹¹ *Bohemicornum* transfugarumque *Gallicorum* tot paulatim in urbem vocati receptique sunt, ut Berolini secundus quisque optime linguā gallicā loqueretur. Temporibus *Napoleonis* Berolinum iam magna et clara est urbs, cuius ludi scenici et musici iam paene *Vindobonam* su-

perant. Annis 1871—1890 post bellum Germanico—Gallicum numerus incolarum (900 milia) alter¹² tantus¹² fit (1900 milia), a. 1914 autem iam 3.900 milia incolarum numerabantur. Bello mundano finito etiam *Berolinum* multas calamitates patiebatur, sed hisce proximis annis denuo pulcherrime crescit.

¹ sőt = sogar = même ² hasznot húzni = profiteren von = profiter à ³ ürügy = Vorwand = prétexte ⁴ matróz = Matrose = matelot ⁵ odacsalogatni = anlocken = attirer ⁶ idegenforgalom = Fremdenverkehr = tourisme ⁷ medve = Bär = ours ⁸ címer = Wappen = armes ⁹ nyakörv = Halsband = collier ¹⁰ választófejedelem = Kurfürst = prince électeur ¹¹ takács = Weber = tisserand ¹² még egyszer akkora = noch einmal so viel = le double



Turris Eiffeliana in expositione Parisiana.

Caesarem a Cicerone hospitaliter exceptum fuisse.

Ad fabulam *Th. Birtii* latine libere tradidit *Aemilius Láng* Keszthelyensis.

«Advenit Romā tabellarius,¹ adest noster Cito. Modesta, cura huc veniat» clamabat *Dio*, *villicus*,² qui tunicatus³ de vinea cum fiscina⁴ uvarum plenā cito pede descendebat. Caelum mire serenum incubat *Vesuvio* marique. Sol ignibus male urit terram. Aër torridus⁵ aestuat arbustaque sub sole ardenti canoris⁶ resonant cicadis.⁷ Modesta, uxor *Dionis*, in pergula⁸ rosas⁹ repentes⁹ legebat in calathum¹⁰ eiusque proles subsidentes prope lusitabant.¹¹

Mulier a viro iussa properabat vocare *Citonem*, qui in via hortum late¹² extentum¹² se-

¹ levélhordó = Briefträger = facteur ² majorosgazda = Meier = métayer ³ csupán tunikában járó = bloß mit einer Tunica bekleidet = revêtu d'une tunique, ne portant qu'une tunique ⁴ kosár = Korb = corbeille ⁵ izzó = sengend = torride ⁶ cirpélő = zirpend = qui chante ⁷ tücsök = Zikade (Baumgrille) = cigale ⁸ lugas = Laube = tonnelle ⁹ kuszórozsa = Kletterrose = rose grimpante ¹⁰ kosár = Korb = corbeille ¹¹ játszadoztak = spielten = jouer ¹² terjedelmes = weit = étendu

canti, depositā sarcinā, anhelus¹³ constitit. «Quomodo ex hesterno¹⁴ Roma rediisti?»

— Quid ad te?!

— Bona¹⁵ verba¹⁵ quaeso!¹⁵ Dic potius quidnam sit¹⁶ Romae novi.¹⁶

— Regnum apparatus. Fama est Caesarem velle Romae regem fieri. Deus iam pridem est ille nobis — divus enim vocatur — inque Aegypto iam pro rege se gerebat. E castris eius veni, ubi milites mihi dicebant modo novem dies eum in Italia moraturum, exinde exercitu suo patricios repugnantes,¹⁷ ubicunque eos inveniret, coerciturum esse; rem¹⁸ iterum ad arma¹⁸ spectare;¹⁸ novas fore praedas atque superstites¹⁹ fortunis²⁰ auctum iri.

— Quid hodie...?

— Desine²¹ plura. Aestuo²² hic, dominus vero iam exspectat me. — Tabellarius sermone abrupto nonnullisque uvis ex fiscina avide ereptis pleno²³ gradu²³ ad dominum ivit.

— O nos fortunatos, qui hoc turbido tempore lentas vites quieti putemus!²⁴ Tempora reipublicae qualia futura sint, quis dixerit? Noster quoque dominus curis conficitur.²⁵

— Est, ut dicis. Sed quid, quod olera²⁶ sub sicco caelo paene radicitus exarescunt,²⁷ querebatur Modesta. — Saepe iam dixi domino aquaeductum²⁸ usu corruptum, quem tamen reficiendum non curat.

— Difficultas²⁹ nummaria!²⁹ Difficultas nummaria! Omnes fere optimates iam animas³⁰ debent.³⁰ Miserandus est noster dominus, qui prae magnis curis et sollicitudinibus iam consenuit. Et ita³¹ affectus³¹ etiam Caesarem excipiat!

— Hodie Caesarem videbimus, — acclamavit Modesta insolenti laetitiā abundans.

— Anima mea! tu quippe prae gaudio Caesaris adventuri nescis, ubi sis. Atqui feminae omnes inter se naturā sunt consimiles! Hodie mane post Pompeios vagabar. Bellum esse facile credideris. Ubique usque adeo totis agris miles cernitur. Non tantum Neapolis et Stabiae praesidiis tenentur, sed etiam in agro Nolano castra posita sunt.

Ad numerum proximum.

¹³ lihegve = keuchend = haletant ¹⁴ tégnap óta = seit gestern = depuis hier ¹⁵ csak lassan! = Nur gemach! = tout doux! ¹⁶ mi újság = Was gibt's Neues? = qu'y-a-t-il de nouveau? ¹⁷ ellenfél, ellenzéki = Widersacher = adversaire ¹⁸ háborúra van kilátás = es lasse sich zum Kriege an = on s'attend à la guerre ¹⁹ akik életben maradnak = welche am Leben bleiben = ceux qui restent en vie ²⁰ vagyon = Vermögen (Hab und Gut) = fortune ²¹ hadd el! = Laß ab! = finissez! ²² melegem van (itt) = es ist mir zu heiß (hier) = cela chauffe ici ²³ rohamlépésben = in Geschwindigkeit = au pas de gymnastique ²⁴ a venyigét visszavágni = die Reben beschneiden = tailler le cep ²⁵ felőről, kimerit = aufreiben = épuiser ²⁶ főzelék = Gemüse = légumes ²⁷ elszárad = verdorren = sécher ²⁸ vízvezeték = Wasserleitung = aqueduc ²⁹ pénzhiány = Geldmangel = difficulté pécuniaire ³⁰ eladósodott = verschuldet = endetté, criblé de dettes ³¹ ilyen hangulatban = in solcher Stimmung = dans cet état d'âme

Qui testem unicum amisit.

Narratio Thurstonii in Hungaricum conversa a Gabriele Darás, latine reddita ab Iosepho Guelmino Budapestinensi.

Non plus unius momenti¹ erat tempus, quo alter alteri in via strata occurrit. Alter in automobili sedebat, quod alter in lumine projectoris² praeteriit. Nox erat semiobscura.

Qui in automobili sedebat, erat medicus Dr. Ebbart, qui nonnullis punctis³ ante constitit in via, quia machina tussiens indicavit benzinae iam iam non sufficere. Irritatus⁴ constitit, ut videret, possetne hac machinā maledictā domum vehi. In oppidum Tredington, quod non plus uno chiliometro aberat et cuius incolae omnes iam stertunt⁵ excepto medico, qui in media via stat morosus. Qui priusquam domo abisset, vocatus ad aegrotum, somni plenus⁶ forte omisit inquirere,⁷ satisne benzinae esset in receptaculo⁸ et fieri potest, ut domum pedibus ire cogatur.

Medicus, cum horrore⁹ perfusus⁹ visitaret receptaculum, videt non admodum procul aliquem appropinquare sibi. Quia autem languorem¹⁰ diei prioris adhuc in membris habebat et eiectus e quiete nocturna, ut munere sanctissimo mediciungeretur, viribus corporis animique plane exhaustus¹¹ erat, nihil diligentius voluit, quam domum ire dormitum, et nihil tantum aberat ei, quam ut colloquium cum hoc noctivago¹² iniret. Et postquam receptaculo satis benzinae ad viam unius chiliometri inesse iudicavit, resiliens in currum audit sonare horologium¹³ templi: duo... quinque... novem... undecim, duodecim, tredecim — numerat in se. Tredecim? Eh, quid hoc ad me,¹⁴ dixit sibi et iam iam impressit pedale¹⁵ gasii,¹⁵ cum apparuit in luce candida projectoris noctivagus ille, cui medicus sine voluntate, immo contra voluntatem: «Audistine tredecim sonasse?»

— Et ipse enumeravi, respondit ille.

— Mirabile! Audisti unquam horologium tredecim sonare?

— Nunquam.

— Res inusitata. Vale!

— Vale, respondit alter.

Nihilo plus loquebantur. Dr. Ebbart quinque

¹ pillanat = Augenblick = moment ² fényszóró = Scheinwerfer = projecteur ³ perc = Minute = minute ⁴ izgatottan = erregt = énérvé, irrité ⁵ horthyogni = schnarchen = ronfler ⁶ álmosan = schläfrig = endormi ⁷ megvizsgálni = untersuchen = examiner ⁸ tartály = Behälter = réservoir ⁹ rémüldözve = ganz entsetzt = horripilé ¹⁰ bágyadtás = Mattigkeit = lassitude ¹¹ kimerült = erschöpft = épuisé ¹² éjjeli csavargó = nachts umherschweifend = rodeur de nuit ¹³ óra = Uhr = horloge ¹⁴ mi közöm hozzá! = was geht es mich an? = qu'est-ce que cela me regarde? ¹⁵ gázpedál = Gaspedal = pédale à gaz



punctis post iam domi erat, gaudens se quietem in lecto suo recipere posse.


*

— Et vere tredecim sonuit¹⁶ horologium? — interrogavit postero die medicum sacerdos oppidi, incredulus et super perspicillum¹⁷ aspiciens narrantem. — Et quando? Ita, ita, iam dixisti, mediā nocte praeteritā. Mirabile, quando etiam ego exaudire possum, meridie, nunquam sonuit tredecim. Curabo autem, ut horologium templi diligenter inspiciatur, — dixit surridens.

Medicus quoque surrisit. Risit hominem, qui nunquam vigilans usque ad mediam noctem

agmine culicum,³ destiti a conatibus dormiendi. Ecce sto oculis apertis ad hauriendum hoc spectaculum caeli nocturni, specie immoti atque simplicis, re vera artificium, quo pulchrius nullum exstat; non si Raphael aut Michael Angelus pinxerint; aures arrectae, ut auscultem⁴ carmen splendidissimum, quod ventus non iam crudelis et malignus, sed dulcis velut risus parvuli per folia cantat.

Tali nocte, totā mersā in profunda solitudine, me esse in templo credo, quod diluculo⁵ ingressa sum, ubi sola me proximam Deo sentio et cogitatio Maiestatis Eius et simplicitatis in me irruit, ubi coram Eo sto, qui in vita quotidiana procul est, de quo alioquin⁶ minime co-



Porta Brandenburgica Berolini a. 1737 et nunc (pag. 5.).

vigilabit¹⁸ et si circum horam decimam non dormiret, territus se insomnia¹⁹ laborare constitueret.

(Finis sequetur.)

¹⁶ ütött = schlug = frappa ¹⁷ szemüveg = Brille = lunettes ¹⁸ ébren maradni = aufbleiben = rester debout ¹⁹ álmatlanságban szenvedni = an Schlaflosigkeit leiden = passer une nuit blanche

Nox aestiva.

Latine reddidit *Soror Christiana*, sumptum ex ephemeride «Primitiae» Gymnasii puellarum Harlemensis «Sancta Maria» (Batavia).

Post strepitum diei tandem sacrum silentium noctis. Caelum caeruleum, serenissimum, sescentis¹ argenteis stellis diffusis, lunā iam iam casurā, libranter e coelo pendente, leviter folia susurrant, tepidā aurā per arbores gli-scende. In circuitu domus cum obscuris cavis patentium fenestrarum,² unde interdum sonitus horologii vel tussis dormientis exauditur.

Immota, animam non ducens, capite ad caelum levato, sto et haec serena solitudo me totam pervadit. Vexata insomnia, lacessita

gito. Illā horā persentio, quid illi sancti per totam vitam senserint, puncto⁷ temporis⁷ igne illo calesco, quo sanctae virgines urerentur.

Procul vectura⁸ portatoria⁸ magnum intonans praeterit, prope feles vocem in querelam ducit et avis territae ferale⁹ carmen⁹ auditur. His vocibus mutescens, nox omni magnitudine aggreditur, me occupat, cogitationes suas mihi impingit,¹⁰ imprimis immensum quendam amorem erga Eum, cui hanc noctem debeo.

Non diu haec plena beatitudo manere potest. Noctes aestivae tam breves sunt! Vix dies illuxit, cum natura mutatur, ex obscuritate fit lux et cum luce sol oritur, qui omnibus rebus colorem, qui me variis curis sollicitam reddit. Sed post longos menses reputabo mecum risu quidem tristi, corde tamen grato illam noctem unam, unicam, incomparabilem.

¹ számtalan = unzählbar = innombrable ² scilicet : cernuntur ³ szúnyog = Mücke = moustique ⁴ hallgatózni, lesni = horchen, lauschen = écouter, surprendre ⁵ pitymallat = Morgendämmerung = pointe du jour ⁶ egyébként = sonst =, du reste ⁷ pillanat = Augenblick = moment ⁸ teherkocsi = Lastwagen = camion ⁹ gyászdal = Trauergesang = chant funèbre ¹⁰ rázúdítani = aufdrängen = (déchaîner sur) imposer



De vita castrensi exploratorum¹ mundi.


Ubi verē odor hyacinthorum ventis movetur et tulipae multicolores clarissimae capite roscido nutant, in ea regione nunc strenue laborant et modulationes incedendi² exploratorum laetae sonant. Inter Amstelodamum et Lugdunum³ Batavorum³ situm est Vogelenzang (Cantus avium), locus castrorum exploratorum mundi anni 1937.

Ex Harlemo inter domos parvas, pedeplanas,⁴ hortis floridis ornatas ambulabam. Per pasua et viam silvestrem canalibus cinctam adveni, ubi filii 42 nationum convenerant. 24 regna Europaea exploratores miserunt. Mōtus⁵ exploratorum in Germania et Italia haud colitur. Ex Hispania Basci soli venerunt. Suggestus 13 milium hominum capaces in pulpitis⁶ ferreis⁶ caemento⁷ fundatis⁷ aedificati sunt. Prae suggestu honorario reginae Guilelminae flores splendent. Microphona et pronuntiatores⁸ experimento probantur.

Viā ferratā, ferriviā⁹ electricā,⁹ currū¹⁰ publico,¹⁰ navi et aëroplano, birotā¹¹ et vehiculis variis multitudo subuculā¹² viridi¹² adversus urbem castrorum vehitur. Nunc Poloni ruunt, qui pileum rhombo similem gerunt. Plaustra¹³ automobilia¹³ magna melones, carnem, caseos

putamine¹⁴ rubro, stramentum¹⁵ immensum portant. Duo parvi exploratores aquatiles Batavi amabiles pinum ingentem diligentiam maximā trahunt, sub pondere inflexi etiam gemunt, cum quidam explorator vetus convolvulum tabaci (vulgo : cigarrum) in ore tenens de umero pueri pinum tollit, ut momento insequenti — in umerum alterum transponat. Britanni canentes veniunt, post quos currus motorius oneratus, progressu inpeditus bucina¹⁶ numeros¹⁷ signat. Hic pueri Batavi urbani baculo levantes exploratorio sacculum¹⁸ manuarium¹⁸ et capsam¹⁹ pileos¹⁹ continentem¹⁹ diurnariae²⁰ Americanae a statione portant. In fascia²¹ brachiali²¹ dissignatorum²² manus alba et nigra connexae conspiciuntur, symbola pacis et amicitiae. Quod in «Vrede palas» (Palatio pacis). Hagae Comitum* effici non potest, hic veritas fit, corpus induit. Illic Nigrita colo-

¹ cserkész = Pfandfinder = éclaieur ² induló = Marsch = marche ³ Leyden = Leyde ⁴ földszintes = ebenerdig = sans étage ⁵ mozgalom = Bewegung = mouvement ⁶ vas-állvány = Eisengerüst = support de fer ⁷ cementalapos = mit Zementfundament = sur fondement de ciment ⁸ hangszóró = Lautsprecher = haut-parleur ⁹ villamos = die (elektrische) Trambahn = tramway ¹⁰ társaskocsi = Omnibus = omnibus ¹¹ kérekpár = Fahrrad = bicyclette ¹² zöldinges = mit grünen Hemden = à chemise verte ¹³ teherautó = Lastauto = camion automobile ¹⁴ héj = Rinde = couenne ¹⁵ szalma = Stroh = paille ¹⁶ autótülök = Hupe = claton ¹⁷ ütem = Takt = mesure ¹⁸ kézításka = Handtasche = valise ¹⁹ kalapdoboz = Hutschachtel = carton à chapeau ²⁰ újságíró = Journalistin = femme reporter ²¹ karszalag = Armbinde = brassard ²² rendező = Arrangeur, Festleiter = commissaire * Hága = Haag = la Haye



Baden-Powell et Guilelmina regina. — Magno igne castrensi flagrante chori singularum nationum cantant.

ris fuliginei²³ cothurno gummeo indutus tristis ambulat et exploratorem Scotum aliquid rogat. Puer casearius, venditor gelati,²⁴ commissio- narius,²⁵ circitores²⁶ ephemeridum²⁶ laeti hym- num exploratorum sibilant, qui sic certe multo facilior ad intellegendum fit, quam lingua Bata- vorum.

In castris mediis arena et theatrum ingens aedificatum est. In foro, in officio tabellario (vulgo : postali) et in porticu diurnariorum lin- guis omnibus mundi loqui potes. Exploratores veteres et catervas puellarum loci separati manent. Exploratores ex Sumatra et Borneo aëre praeter²⁸ consuetudinem²⁸ frigido affecti magna ex parte morbo corripiuntur et in noso- comio²⁹ a monachabus³⁰ curantur. Causa morbi est, quod eādem veste hic utebantur, qua domi, cum, si vestem cum exploratoribus ex Gardari insula (vulgo : Islandia) mutavissent, per mutua sani mansissent.

In via quidam Austriacus signis aliquid ex- plicare puero Americano conatur, qui simulat, quasi intellegat. In via silvestri liberi parvi salutant comiter «dááh»³¹ dicentes, quod «salve» significat. Amicitia et pax ubique sunt. Sub- rideo salutantibus et thermopolium³² intro. Consido et theam excellentem Bataviam bibens vobis scribo, quomodo castra mundana ex- ploratorum incipiant. Oculos in murum con- icio, ubi in tabula alba haec leguntur : «Drink en verget niet te betalen,» id est «Bibe et sol- vere noli oblivisci!»³³ Haud sum oblitus.

Scripsit *Eugenius Nagy*, Latine reddidit *Dion. Kövendi*.

²³ kormos = ruřig = noir de fumée ²⁴ fagylalt = Gefrorenes = glace ²⁵ hordár = Dienstmann = facteur, commissionnaire ²⁶ rikkancs = Zeitungsverkäufer = crieur de journaux ²⁷ érthető = verständlich = compréhensible ²⁸ szokatlan = ungewöhnlich = insolite ²⁹ kórház = Krankenhaus = hôpital ³⁰ apáca = Nonne = religieuse ³¹ jó napot = (guten) Tag = bon jour ³² kávéház = Kaffehaus = café ³³ fizetni = bezahlen = payer

RES FEMINEAE

De vita puellarum nostrorum tem- porum.

Vita puellarum temporum nostrorum ma- xime differt a vita puellarum Romanarum. Puellae non solum a matribus educantur, sed etiam scholas publicas frequentant. Primum ludum¹ litterarium¹ frequentant, ubi prima elementa doctrinarum, ergo scribere, legere, numerare discunt. Postea multae puellarum discipulae sunt scholarum, quae civiles nomi- nantur, quibus studiis absolutis aut scholam² commercialem² aut praeparandialem³ puella- rum³ aut alia instituta frequentant suere⁴ alias- que res in vita necessarias discentes, quibus

non solum magistrabus et tutricibus,⁵ sed omni- bus opus est. Aliae autem in scholas medias



Ingrida filia regis Suecorum (dextra stans) discipula scholae Holmiensis administrationi rerum domesticarum addiscendae vasa mensae aqua abluit.

per octo annos eunt studiis difficilioribus se- dantes. In scholis mediis linguam Germanicam et Francogallicam et Latinam aliarumque nationum linguas discunt. Puellae testimonio maturitatis accepto, quia sibi victum quaerere debent, universitatem frequentant, ubi ma- gistrae intermedischolares, medicae, pharma- copolae⁶ etc., fieri conantur. Diplomate ac- cepto multae etiam nuptae⁷ victum sibi quaerunt, quia mariti iuniores multos per annos nimis parvo salario⁸ contenti esse debent.

Sed inter studia multa puellae neque labores domesticos neglegunt Vestimenta opusque manuale faciunt, acubus⁹ texunt,⁹ uncinis¹⁰ laborant,¹⁰ atque coquunt. Sunt plurimae, quae etiam post examen maturitatis domi manent et res familiares curent. Aliae artem musicam (clavichordio,¹¹ fidibus¹¹ etc. canere¹¹) discunt aut magistratum petunt, ut se parentesque senes sustentare possint. Ex quibus intellegere possumus vitam nostram operosam esse.

O. Betkowski et Jolantha Jager discipulae Szolnokiensis.

¹ elemi iskola = Elementarschule = école primaire ² kereskedelmi iskola = Handelsschule = école de commerce ³ tanítónőképző = Lehrerinnenseminar = école normale ⁴ varni = nähen = coudre ⁵ óvónő = Kindergärtnerin = maîtresse d'école maternelle ⁶ gyógyszerész = Apothekerin = pharmacienne ⁷ férjhez menés után = verheiratet = mariée ⁸ fizetés = Besoldung, Gehalt = appointements ⁹ kötni = stricken = tricoter ¹⁰ horgolni = häkeln = crocheter ¹¹ zongorázni, hegedűlni = Klavier, Violin spielen = jouer du piano, du violon

Duo carmina

latine reddita ab I. D. Marcantoni Londiniensi.

I. Joannes Ludovicus Uhland (1787—862.)

Tu veniens¹ fallis¹ nec discessisse videris
Qui breve nobiscum, mox abitura, manes:
Unde venis? Quo tu properas? Hoc novimus unum,
Tantum ex caelicolis, ut revocere, venis.

II. Henricus Wadsworth Longfellow (1807—1862.)

Qua non succisae messis crescebat oryzae²
Correpta manibus falce³ iacebat iners,
Concretas texere comas, dum dormit, arenae
Et sunt rescisso pectora nuda sinu.
Per densas iterum tenebras somnique per umbras
Optatam⁴ patriam cernit adesse suam:
Prospicit extantum late per somnia Nigrum
Qua volvit magnas regius amnis aquas;
Sub palmas iterum campestribus ipse caterva
Nobilis incedit rex comitante sua;
Hic resonum multis agmen tinnitibus⁵ audit,
Dum calle⁶ angusto per iuga serpit iter;
Dulcis caeruleos reginae rursus ocellos
Cum pueris stantibus conspiciat ille suis;
Dant dextris magna que animam dulcedine tangunt
Cervicemque fovent oscula dantque genis;
Dum dormit lacrimam in terram cecidisse videres:
Accipit, et guttis flentis arena madet.

¹ «You escape our notice in your coming.» ² «Rice»
³ «Sickle», a curved knife for harvesting. Cf. «Oft did the harvest to their sickle yield» Thomas Gray. ⁴ «Longed for» ⁵ «Tinkling», the sound of bells: ⁶ path Cf. Spanish «Calle» a street

Iocosa.

1. Centurio ad militem: Dic consilium¹ quoddam callidum.¹ — Miles: Consilium callidum est, si tela² non habeo et tamen diutius glandes³ mitto.³

2. Professor: Dic mihi, qualis sit forma rei publicae Italiae? — Nebulo: Cothurnus⁴ est.

3. Magister: Quid contigit⁵ auro, si in fenestra posuerimus? — Nebulo: Eripietur.

4. Magus:⁶ Auditores carissimi! Ad spectaculum sequens mihi opus est aliquis ex ordinibus vestris, quocum nullo modo colloqui potui. Veni ad me, tu ibi, mi fili. Nonne nunquam vidisti me?

— Nunquam pater!

5. Professor discipulum evocat et examinat: Dic, mi fili, Kovács, si ante te est septemtrio⁷ et sinistra occidens, dextra autem oriens, tum quid est pone te?

Kovács: Classis est pone me.

6. Puer ad patrem: Pater eleva te, quaeso,

parum de sella, quia curiosus⁸ sum, verumne sit, quod mater dicere solet, tu insidere pecuniae tuae.

7. In schola. Quando optime poma decerpuntur de arbore? — Nebulo: Meridie, cum hortulanus⁹ dormit.

8. Nebulo: Quaeso, domine magister, quid est traditio? — Magister: Traditio est, quod de patre ad filium traditur. — Nonnullis diebus post, cum puer in scholam isset. — Magister: Cur afuisti? — Nebulo: Mater sarcivit¹⁰ traditionem meam!

9. Gemini.¹¹ Cur rides Emerice?

— Cur non riderem, cum mater Michaellem iam secundo lavat, me ne semel quidem.

10. Magister interrogat nebulonem: Quot leges in decalogo¹² iubentur? — Nebulo: Decem. — Magister: Et quid fit, si unam prefelegerimus? — Nebulo: Manent novem.

11. Paulus: Pater meus homo tam magnificus est, ut omnes quibuscum loquatur, ore hiant¹³ audiant eum. — Petrus: Tam praeclarus rhetor est? — Paulus: Minime, medicus dentium est!

12. Nebulo ad patrem: Noli dormire, quaeso, carissime pater, adhuc non sumpsisti narcoticum.¹⁴

A. Pallavicini disc. gymnasii Academici Budapestinensis.

¹ hadicsel = Kriegslist = ruse de guerre ² löszer, municio = Geschoss, Munition = munition ³ lövöldözni = schießen = tirer ⁴ csizma = Stiefel = bottes ⁵ történi (vele) = es passiert = arrive ⁶ büvész = Schwarzkünstler = prestidigitateur ⁷ észak = Nord = Nord ⁸ kíváncsi = neugierig = curieux ⁹ kertész = Gärtner = jardiniér ¹⁰ megfoltozni = flicken = rapiécer ¹¹ ikrek = Zwillingbrüder = jumeaux ¹² a tízparancsolat = die zehn Gebote = les dix commandements de Dieu ¹³ tátott = aufgesperrt, gaffend = bouche bée ¹⁴ medicamentum somniferum

AERONAUTICA.

Parisiis venit nuntius theatralis vehementius movens: ¹ auditores theatrorum in provinciis remotis habitantes adhuc representationi² primae² adesse non potuerunt, nisi totum diem in urbe commorati erant. Quod, quantum intelligi potest, Francogallum, parcissimum hominum, prohibet, ne theatrum nimium frequentet. Itaque officium³ Francogallorum aeronauticum³ aëroplana theatrale mitti statuit, quae provinciales celerrime afferrent, et eodem ipso die actione finita reveherent. Hic volatus non erit sumptuosior, quam tessera⁴ classis primae currus⁴ vapore⁴ acti.⁴ Statio longinquissima horum aëroplanorum est Lugdunum.⁵

¹ szenzáció = sensationell = sensationnel ² bemutatás előadás = Erstaufführung = première ³ légügyi hivatal = Luftdienst = office de l'aéronautique ⁴ vasúti menetjegy = Eisenbahnfahrkarte = billet de chemine de fer ⁵ Lyon⁶ frakk = Frack = frac

Quin etiam consilium commercii theatralis aëronautici inter Londinium et Parisios faciendi initum est.

Vir veste⁶ caudatā⁶, femina autem sollemni induti in aëroplano considunt, et horā post finem actionis iam in suo lecto a theatro plus, quam centum chilometra absenti iacebunt. Quisnam hisce temporibus commeatum malum esse conqueri audet?

*

Amalia Earhart Putnam aviatrix clarissima Oceanum Pacificum transvolatura vitam amisit. Cadaver infelicis atque aëroplanum nondum reperta sunt.

Francisca Solc disc. Kaposvarensis.



Amalia Earhart.

Laus linguae Latinae.

Justinianus Card. Serédi, archiepiscopus Strigoniensis, princeps Hungariae in quadam oratione die 19. Mart. 1931. occasione consessus LXXVI. Societatis de S. Rege Stephano nominatae Budapestini habita *de veritate recte investiganda, colenda atque aestimanda* agens, mox *ad linguam Latinam* veniens dicit :*

Ad eventum rei necessario multum adferret adhuc quoddam : si res nonnullae notitiis comparandis atque divulgandis necessariae simpliciores evaderent. Quamquam scio moribus nostri saeculi vigentibus rem haud facile evenituram esse, tamen edico : cum in litterarum studiis excolendis et proferendis vere maximum impedimentum sit varietas linguarum res tradentium, — nobis sermonem nostrum patrium ceterum haud negligentibus, — *quod ad studia nostra scientifica pertinet, redeundum esset ad linguam Latinam*, quae inde a saeculo XVII. — proh dolor! — etiam hoc respectu magis magisque posthabetur linguis nationum variarum. Atqui sine lingua Latina fontes historici vitae MMD annos habentis

* Verba *Justiniani Card. Serédi* nunquam non tempe-
stiva in sermonem Latinum versa ex periodico : *Katolikus Szemle*, XLV. 1931. pag. 245—246.

generis humani intelligi non possunt ; a nobis autem Hungaris haud intelliguntur non solum fontes historiae nostrae mille annorum, sed etiam haud intelliguntur ipsae leges scriptae nostrae : Corpus Iuris. Usque ad finem saeculi XVII. lingua Latina omnibus aperuit viam in regna omnia cultu atque humanitate polita. Homo linguam Latinam callens libros in quacunque regione editos legere potuit, vicissim ope libri sui linguā Latinā scripti quisquis notitias, scientiam, ac famam suam quibuscunque regnis inferre potuit. His saeculis nos Hungari minime eramus separati ab aliis nationibus, quia linguā Latinā nobis succedente vitae nationum exultarum, quod ad litteras pertinet, participes eramus. Opera nostra scientifica Latinā linguā scripta ubique diffusa erant, quod etiam hodie illa in bibliothecis variis nationum exterarum inveniri posse demonstrat. Ex quo autem tempore linguae nationum propriae etiam in litterarum studiis erumpabant et ibi Latinam linguam summovebant, libri Hungarici, praecipue frequentes, vix finem patriae nostrae transeunt, nisi in sermonem cuiusdam nationis maximae versi. Si ad res scientificas tradendas iterum modo unā, linguā Latinā uteremur, haec a nobis plane perceptā, omne tempus nostrum ad ipsas litteras colendas conferre possemus. At nunc linguas varias nationum proprias ediscendo, ergo secundum condicionem memoratam : rem quandam ipsam scientiarum tradendarum comparando, perdimus pretiosissimum tempus, ad rem ipsam litterarum demum perventuri. Sed nobis illuc advenientibus iam vita dilabitur ; et posterī iam iterum ab initio accedere possunt ad opus Sisyphum faciendum.

Commercium litterarum.

I. De congressu amicorum latinitatis internationali.

Moderatori Iuventutis salutem !

Populus Romanus opulentissimam nobis tradidit hereditatem. Sed omnium rerum ab illo acceptarum duae maximi pretii sunt : viae publicae et lingua Latina. Per vias publicas non modo legiones longinquas peragrabant regiones, sed mercatores, fabri et viri docti quoque ubique gentium varias culturae Romanae fructus spargentes. Lingua Latina quoque via publica est : via animarum. Per quam diffundebat populus Romanus omnes thesauros, quos in area sua spirituali accumulaverat : philosophiam Graecam, margaritas litterarum et scientiarum Graecarum Romanarumque, religionem Christianam, cogitationesque temporum recentiorum.

Quamquam nemo dubitat, quin haec omnia hac via ad nos venerint, tamen multi nostro tempore hanc hereditatem levi anima perdendam arbitrantur. Sed his multo plures sunt **amici linguae Latinae**. Qui nunc **per orbem terrarum dispersi convocandi congregandique sunt, ut in congressu internationali**

pertractent, quomodo haec hereditas magna conservetur et quomodo lingua Latina priorem valorem recuperans iterum internationale animorum vinculum fieri possit.

Maxime opinione falluntur, qui nobis dissentientes linguam Latinam iam mortuam nominant. Haec nunc quoque viva et aptissima est ad omnes cogitationes resque nostrae aetatis exprimendas. Ideo mortua dicitur, quia nullius lingua patria est, sed eo magis idoneam affirmamus, quae lingua communis omnium fiat. Ceterum non id optamus, ut haec sola internationalis habeatur, sed, ut ad linguas internationales ceteras assumatur et, qui huius peritiores, quam aliarum sunt, in omnibus conventibus gentium, praesertim ubi de rebus litterarum scientiarumque agitur, Latine loquendi potestatem habeant. Quorum numerum semper maiorem fore speramus.

Quis hoc opere suscipiendo, congressu amicorum linguae Latinae omnium gentium convocando praeparandoque dignior est, quam Iuventus, quae ab anno 1910 ad nostras dies tot iam milia iuvenum amorem linguae Latinae docebat! Rogamus igitur te, doctissime moderator, etiam desiderium multorum aliorum proferentes, ut hunc congressum ad iura linguae culturaeque Latinae defendenda convocandum praeparandumque cures. Quod te non repudiaturum esse speramus. Vale!

Zalaegerszeg, ante diem quintum Calendas Septembres anno 1937.

*Magistri gymnasii regii
Zalaegerszegiensis.*

Socii lectoresque maiores rogantur, ut quisque ad moderatorem, quae sibi de necessitate amicorum latinifatis ad congressum internationalem convocandorum videatur, breviter et sine fuco sincere libereque scribere velit.

II. Ad lectores Iuventutis. Rogo eos, qui exemplaria singularia annorum V—X «Iuventutis» habent, ut mihi annos mutilatos supplendi causa significantes pretium exemplarium offerant. Etiam annos V—X integros emendos quaero. Praecipue precor magistros administrationem bibliothecarum discipulorum procurantes, ut exemplaria duplicia emendi aut commutandi causa offerre dignentur. Eugenius Etter dr. actor causarum Strigonii (Esztergom in Hungaria).

W. Swietoslawski minister Poloniae ad gradum Doctorum h. c.¹ promovetur.

Mos linguā Latinā utendi in quibusdam caerimoniis actisque universitatum etiam nostris temporibus viget. Sic Nonis Junii postquam *Gustavus Szabó* Rector Magnificus Universitatis Scientiarum Technicarum et Oeconomicarum Budapestinensis in consensu sollemni auditores hungarice salutavit, *vitěz² László de Verebely* professor oratione hungaricā gallicāque explicuit, cur hospes illustrissimus, *Wojciech Swietoslawski* professor ad gradum Doctorum h. c. promovendus esset. Professor Polonus 300 fere commentationes³ de quaestionibus thermochemiae, calorimetriae, physicae chemiaeque

quinque linguis (polonice, gallice, germanice, anglice russice) editas scripsit. Quarum scientiarum peritissimi quattuor libros eius de chemia physicali, de thermochemia ebullimetriaque compositos amant, laudant, admirantur. Hanc ultimam scientiam professor ipse condidit atque ebullimetriam nominavit, quia apparatus a se constructis accurate momentum⁴ frigoris⁴ et fervoris⁴ liquorum — cum iam ebulliant⁵ — metiri potest. Sed neque pervestigationum⁶ ad technologiam carbonis⁷ simplicis destillatig⁷ pertinentium obliviscendum est. Quibus meritis aliisque multis enumeratis orationis finem Prof. *Verebelyi* latine dixit: «Ideo reverentissime oro rogoque Rectorem Magnificum et Senatuum Academicum Spectabilem, ut Excellentissimum Dominum Doctorem *Wojciech Swietoslawski* Ministrum Rerum Sacrarum et Instructionis Publicae in Polonia Doctorem Scientiarum Technicarum honoris causa sollemniter creari ac pronuntiari Eidemque diploma inaugurale hanc promotionem contestans dari censeant».

Rector Magnificus latine respondit: «In nomine Senatus Universitatis nostrae alacritatem sinceram ex animo declarantes, quod Celsissimus Dominus *Gubernator* Regni Hungariae devotae rogationi Facultatis Magistrorum⁸ rerum⁸ mechanicarum⁸ et chemicarum Universitatis nostrae satisfacere se propitium ostendebat, obsecramus Dominum vitěz László de Verebely Professorem ordinarium publicum ac Decanum Spectabilem Facultatis Magistrorum rerum mechanicarum et chemicarum, ut Excellentissimum Dominum Doctorem *Wojciech Swietoslawski* Ministrum rerum sacrarum et instructionis publicae in Polonia ad gradum Doctorum Scientiarum Technicarum honoris causa promoveat.»

Dein v. L. de *Verebely* verba promotionis latine dixit: «Ego vitěz László de Verebely Professor ordinarius publicus Universitatis Regiae Hungaricae Scientiarum Technicarum et Oeconomicarum „Palatinus Josephus” atque hoc tempore Decanus Facultatis magistrorum rerum mechanicarum et chemicarum ex potestate officio meo inhaerenti Dominum Excellentissimum Doctorem *Wojciech Swietoslawski* Ministrum rerum sacrarum et instructionis publicae in Polonia in aestimatione meritum singularium, quae Ille scientiarum chemicarum cultu acquirebat, Doctorem Scientiarum Technicarum honoris causa agnosco, pronuntio declaroque, dans et concedens Ei iura, honores, praerogativas ac privilegia, quae Doctoribus honoris causa de lege aut consuetudine competunt.⁹ Nunc autem sollemni hac occasione Deum Omnipotentem animi ex sententia precor, utinam Excellentissimo Domino — ceterum iam per studia et disquisitiones⁶ quaestionum chemiam spectantium nomine egregio gloriāque prolixā¹⁰ gaudenti —

¹ (honoris causa) tiszteletbeli v. díszdoktor = Ehren-doktor = docteur honoris causa ² Held (als Adels-titel) (= vaillant) (sorte de titre nobiliaire) ³ értekezés = Abhandlung = traité, étude ⁴ fagypont, forráspont = Gefrierpunkt, Siedepunkt = point de congélation, point d'ébullition ⁵ felforni, buborékot hányni = herausprudeln = bouillir, être en ébullition ⁶ kutatás = Untersuchung, Forschung = recherches ⁷ koks = Koks = coke ⁸ (machinatorum vel machinarum scientiae) gépész-mérnök = Maschineningenieur = ingénieur mécanicien ⁹ contingunt, debentur ¹⁰ bőséges = reichlich = abondant



Minister Poloniae W. Swietoslowski inter G. Szabó rectorem et v. L. de Verebely decanum (a dextra) sedet, ceteri decani stant.

etiam postero tempore concedat fructus opulentos investigationum scientificarum ad multos annos promulgari posse.»

Tum *Rector Magnificus*, postquam et ipse, et decani surrexerunt: «Rogo ergo Excellentissimum et mihi colendissimum dominum, dignetur ad Rectorem et Senatum accedere, ut per porrectionem manuum in Doctorem honoris causa promoveatur», cum autem Dr. Swietoslowski ad mensam accederet, *Rector Magnificus* et singuli decani ordine dextrā datā: «*Doctorem Te saluto*» pronuntiaverunt.

Ceteris, quae iam non latine dicebantur, omissis postremo diploma doctoratūs latine scriptum edimus:

Nos Rector et Senatus Academicus Universitatis Regiae Hungaricae Scientiarum technicarum et oeconomicarum „Palatinus Iosephus” facultate magistrorum rerum mechanicarum ac chemicarum sic commendante in consessu sollemni die V. mensis Junii anno MCMXXXVII. habito doctissimum, Doctorem Wojciech Swietoslowski ministrum rerum sacrarum et Instructionis publicae in Polonia, virum de rebus chemicis optime meritum, Doctorem scientiarum technicarum honoris causa creavimus, pronuntiavimus ac declaravimus.

In quorum omnium fidem diploma hoc maiore Universitatis supradictae sigillo munitum et consuetis subscriptionibus roboratum ei dari curavimus.

Budapestini in Hungaria, die quinta mensis Junii anno MCMXXXVII.

Rector et Decani.

Librorum recensio.

Archäologische Funde in Ungarn (1925—1934) von **Gabriel Finály**. Pécs, 1936. Pannonia-Könyvtár 27. Pag. 44. Pretium 2.— P.

Gabriel Finály haud ignotus antiquitatum Pannonicarum indagator et interpres hoc libello scripta ad antiquitates Pannonicas annis 1925—1934 effossas et patefactas pertinentia fere omnia laudabili diligentia ac summā industriā recognovit atque etiam saepe falsa opinionum commenta critici trutinā examinavit examinataque explosit. Iste libellus imprimis iis est commendandus, qui

quamvis antiquitatum Pannonicarum amantissimi sint, attamen scriptis et disputationibus, quae in ephemeridibus et diurnis dispersae iacent, conquerendis vacare nequeunt. Lecto nunc hoc libello nullo negotio perspicere possunt, quantum studia antiquitatum Pannonicarum his novissimis annis profecerint quaeque incrementa ceperint. C. Acs.

Anthologia poseos Bohemicae Latinis numeris aptata. Appendix alienigenarum poetarum carmina reddita. Edidit **Fr. Palata** 1936. Trebič in Moravia. Pag. 116. Pretium 24.— Kč.

Hoc libello continentur poetarum Bohemicorum et aliquot Germanicorum poetarum carmina, quibus tamquam mantissa adiecta est trium hymnorum nationalium interpretatio Latina. Iam ante bellum gentium collaborator noster erat Fr. Palata, qui ita imbibit poetarum Latinorum sermonem et numeros antiquos, ut ei in sucum et sanguinem abierint. Utitur verbis et locutionibus vere Latinis, propriis, aptis et politissimis. Atque interpretatio eius Latina, quantum ex Germanicis carminibus mihi notissimis — nam linguam Bohemicam non calleo — coniecturam facere licuerit, est fidissima. Verum enim mihi antiqui numeri non omnibus modernorum poetarum carminibus congruere videntur. Cum enim exempli gratiā Palatae Heineiani carminis *Zwei Grenadiere*, interpretationem Latinam lego, aliquid alieni et absoni in auribus retinnire sentio. Idemque non possum non mirari, quod interpretes carminum modernorum Latini plerumque carmina identidem decantata, mediocria, ne dicam, obsoleta, quae in historiis litterarum pulvere et araneis obsita latent, transferenda suscipiunt. Quod si nolumus ut carminum modernorum interpretatio aliquot versificatorum otiosorum puerilis habeatur lusus et futilis, talia carmina interpretanda censeo, quae animi affectus interiores, reconditiores, subtiliores saeculi nostri conditione et indole excitos prae se ferunt. Alioquin periculum est, ne lingua Latina Esperanticae cedere cogatur. Palatam, quā est carmina Latina pangendi sollertiā, maxime idoneum huic muneri obeundo iudico librumque eius collegis amatoribusque Musarum Latinarum perimpense commendamus. C. Acs.



Pittacia¹ cursoria¹ recentissima.

In numero sociorum lectorumque sunt multi philatelistae,² qui involucra epistolarum notis¹ solutae¹ missionis¹ pulcherrimis ornata ad moderatorem mittunt. Hic 12 notas¹ cursorias¹ publicamus, quas Belae Szalkay et Joanni Orlay discipulis, Carolo Flesch doctori, Aemilio Láng, Avenario, Aurelio Espinosa Pólit, Iosepho Bagaméri et Ottoni

¹ levélbélyeg = Briefmarke = timbre poste ² bélyegyűjtő = Briefmarkensammler = amateur de timbres-poste ³ köszönhetünk = wir verdanken = nous sommes redevables



Schmied. Rev. Patribus atque professoribus debemus.³

1—3. pittacia Hungarica sunt. Primum tempore mercatūs⁴ verni⁴ editum, 2—3. rei aëronauticae dedicata sunt. 4. memoriam investigatoris⁵ rerum physicarum Gallici, nomine de la *Condamine* renovat, qui ante hos 200 annos in republica Aequatoriana gradūs geographicos atque profunditatem Amazonis fluminis metiendo gloriam sibi paravit. 5. de expositione coloniarum⁶ aestivarum⁶ infantibus⁶ tutandis ab Italis institutarum, 6. de motu aëris defendendi in Germania, 7—8. de conventu castrensi mundano exploratorum novissimo, 9. de centenario navigationis vaporeae Austriacae, 10 de congressu municipiorum internationali, 11. de sollemnibus, quibus rex et regina Britannorum diadema acceperunt, narrant, 12. sedem antiquam provinciae Gallicae Velay nobis ad oculos fert.

Permutationem⁷ pittaciorum cursoriorum habere optant:

Otto Schmied iun.: Vindobona (Wien) XI. Haschagasse 9/6. — Discipuli Budapestinenses: Em. Regényi: X., Simor-u. 43. A). — Petrus Ágoston: I., Művész-út 6. — H. Eidlitz de Felsőág: IX., Boráros-tér 2. — Tib. Bolemán de Dezsér: VII., Akácsfa-u. 9. — Em. Fogl: VII., Kazinczy-u. 5. — Rud. Kőszegi: VII., Dohány-u. 22. II. — Georg. Lénárd: IV., Veress Pálné-u. 10. — Ioannes Schön: VII., István-út 18. — Fratres Wiesinger: VIII., József-körút 34.

⁴ tavaszi vásár = Frühlingsmesse = foire de printemps
⁵ kutató = Forscher = investigateur ⁶ gyermeknyaral-
 tatási akció = Kinderübersommerungsaktion = l'organi-
 sation du séjour d'été des enfants ⁷ csere = Tausch =
 échange

De re aenigmatica.

Otto Schmied Vindobonensis.

Aenigma — paene tam vetus quam genus ipsum humanum — iam in antiquissimis fabulis diversissimarum gentium magni est momenti. Quis Sphingem ignorat praetereuntibus ambages¹ proponentem, quae ab Oedipode victa sibi ipsa mortem conscivisse dicitur? An quotiens in fabulis virgo regia solutis tantum aenigmatibus conciliatur, cum aenigmata non soluta infelicibus procis² mortem attulerint! Voluptas ergo aenigmata dissolvendi ubique et omnibus temporibus vigens³ etiam hac aetate exstincta non est, immo vero plus quam ullo tempore valet. Itaque vix ephemeris⁴ sive diurna sive periodica⁴ exstat, quae non aenigmata proponat; velut etiam nullus numerus «Iuventutis» aenigmatibus caret, quod certe plurimis eius lectoribus summae est laetitiae.

Cum autem non solum aenigmatibus solvendis, sed etiam componendis gaudium excitatur tantoque maius, quanto maior est varietas, de singulis aenigmatum generibus celeberrimis sum disserturus fore sperans, ut postero tempore non semper eadem genera aenigmatum tractentur.

¹ talány = Rätsel = énigme ² (leány)kérő = Freier =
 prétendant ³ virágozni = blühen = fleurir ⁴ folyóirat =
 Zeitschrift = périodique

I.

Veterrimum et nobilissimum *genus aenigmatum* est illud *sincerum*, in quo aliqua res conicienda⁵ verbis (quae plerumque numeris⁶ astricta⁷ sunt) circumscribitur, velut ex hoc exemplo percipias :

1. *Quid et taurum decorat*
Et in silva sonitat
Et potestis cernere
In instructa acie?

(vide etiam in hoc numero «Iuventutis» aen. 2.)

Cui generi simillimum est *homonymum* vel «par», quo vocabulum ambiguum⁸ quaeritur velut e. g. «iūs», quod et potestas vel leges et cibus quidam liquidus esse potest. Tale aenigma est hoc, cui inscribi potest :

2. *Ter idem et tamen aliud.*
Si locus (nomen) est in montibus,
Delectat (nomen) eius valde te:
Et tamen: si est locus putidus,⁹
Nimirum (nomen) placet minime.

Sin vocabula ambigua non prorsus¹⁰ paria, sed tantum similia sunt velut «mālum» (= pomum quoddam) et «mālum» (= res adversa), aenigma *homoeonymum* vel «simile» nominatur :

3. *In Gallia sum fluvius «O» brevi,*
Sed longo diligi a meis suevi.

(«Fröhl. Latein» III 6; v. etiam in «Iuv.» n. I. aen. 3!)

Alia forma horum generum aenigmatum (i. e. «paris» et «similis») est nonnullus *ludus verborum* velut :

4. QVIDQVIDTVFACIESFACIESTVASIGNIFICABIT
 («Fröhl. Latein» I 121).

aut :

5. DONASOLISOLISOLIDEBEMVSETIMBRI

Homoeonymum nonnumquam etiam aenigma quoddam vocatur, quo vocabulum quaeritur, quod etiam divisum in (plerumque) duas voces sententiam aliquam efficit («extemplo»: «ex templo»), quodque ego ipse «*divise-coniuncte*» vel «*coniuncte-divise*» nomino :

6. (*Coniuncte*) *pagus est Helveticus,*
 (*Divise*) *bonus scit discipulus.*

(«Fröhl. Latein» III 29.)

Simillima huic generi est *charada* vel «*coniunctio*» eiusque consobrina¹¹ *charadoïda* vel «*compositio*». Utroque in genere vox quaedam dividitur in duas vel complures partes, quae ipsae propriae voces sunt; sed illic exitus singularum vocum (i. e. partium) et syllabarum concidunt velut in voce «cor-nix» neque vero hic velut in voce: «vir-id-is». Pro exemplo «coniunctionis» hoc afferatur :

7. *Primum pueri in ludo iaciunt,*
Alterum dis sacerdotes offerunt,
Permittente toto olim cruci fixit
Plebs Iudaea optimum, qui umquam vixit.


(Alterum exemplum videri potest in «Iuventutis» superioris anni numero sexto: aen. 3.)
 Exemplum «compositionis» :

8. *Parum!*

Scholae Stephanus se praeparat
Et sufficere iam iudicat,
Sed cum pater hunc tentavit,
Puer multa ignoravit.

«(Primum) tibi est discendum
 Et (secundum) repetendum:
 Si hoc velis facere,
 Totus non vexabit te.» (Continuabitur.)

⁵ kitalálni = erraten = deviner ⁶ ritmus, vers = Rhythmus, Vers = vers ⁷ foglalva = gebunden = rédigée ⁸ kétértelmű = doppelsinnig, zweideutig = à double sens, à double entente ⁹ rothadó = faul, moderig = pourri ¹⁰ teljesen = völlig = complètement, entièrement ¹¹ (unokatestvér) rokon = (Geschwisterkind) verwandt = (cousin) apparenté



Censor aenigmatum: Otto Schmied Vindobonensis.

Solutiones aenigmatum numeri IX.

1. Post novem dies (nam hoc die iam non recidit).
2. corpus, corvus.
3. antea, Aetna.
4. Statui rei publicae dignitatem meis omnibus commodis et rationibus praeferre oportere.
5. Vitam et sanguinem! (vita, mens, genu).
6. Amicus verus rara avis.

Solutiones aenigmatum numeri X.

1. Centum nummos perdidit.
2. rana, amor, nota, arat.
3. Timeo Danaos et dona ferentes. (Verg. Aen. II.)
4. Non scholae, sed vitae discimus.
5. festus, evolo redire, Iulius, aestas, emptio: feriae.

Aenigmata recte dissolverunt: In Hungaria: Olga Kunczer (*Veresianum*), Anna et Susanna Büchler (*Theresianum*), Nicolaus Mayer (gymn. *archiepisc.*), Antonius Somogyi, Ladislaus Wagner (gymn. *IPEA*), Ioannes Wolkóber (*Maddachianum*), Th. Lónyai, Ios. Gara, Ad. Róka, P. Imre, G. Lázár, El. Nád, Fr. Baán, Z. Fery, M. Bóni, Rud. Titkos, S. Dán, B. Gaál, Car. Túske, F. Böck, L.

Ihász, D. Róz, B. Koltai *Budapestinenses*. Thea Schmiéd *Fonyódiensis*. Franciscus Hajdú, Béla Szalkay *Goedoellenses*. In Austria: Ioannes Klamper, Curtius Mahler, Guilelmus Fieber dr. *Vindobonenses*. Leo Wiklicky *Neostadiensis*.

Praemium sorte Belae Szalkay, Theae Schmiéd, Leoní Wicklicki et Antonio Somogyi obvenit.

1. *Ab Iove principium.*

(numeris)

1	7	8	3	8	9	2	10
2	9	11	7	11	9	8	12
3	8	13	11	12	9	5	10
4	11	7	11	13	5	14	12
5	4	11	12	1	5	10	5
6	15	15	11	1	11	2	3

- I. Quid fit in porticu gymnasii?
- II. Deductum nomen est ab «utili».
- III. Quis te Latina lingua instruit?
- IV. O, talis unusquisque puer sit!
- V. Discipulis est utile.
- VI. Interdum stat pro munere.

*Ut primum commutaveris
Tu numeros cum litteris,
Initiis comperies,
Quo modo scholam inchoes.*

O. S.

2. *Mutabile.*

(aenigma sincerum)

Nomen idem maneo, sed rerum plurima signo:
Uncus nunc ego sum, mox cutis ulcus ero,
Nunc navis cursum super aequora lata guberno,
Purpureum tunicae mox decus adiciam.

Fr. Palata Moravus.

3. *Simile.*

(homoeonymum)

Produc vocalem! Sum vastā mole columna.
Corriphe! Sum parvus flexibilisque globus.

Idem.

4. *Ad supplendum.**

Miser est homo	. e . e .
Aurum est	. a . u .
Agro est utile	. r . r .
Oh, visita me	. r . v .
Pontem portant	. r . u .
Bonum est aliquid	. c . r .
Hoc solvendum tibi	. r . d .

*Si lacunas tu expleveris
Litteris, quas infra conspicias,
Loco tertio invenies
Fines veteres ac nobiles.*


a, a, a, a, a, b, c, e, e, g, i, i, m, o, r, r, r, s, s, t.

Paulus Friedlaender,
disc. cl. III. A) gymn. Acad. Vindobon.

* Stellula apposita indicatur aenigma a censore aenigmatico mutatum vel in versus redactum esse.

5. *Titulus sepulchralis.**

(ad componendum)




*En, lapidis reliquiae!
Quis potest has componere?
Quae eius sit inscriptio,
Praeterea interrogo.*

Emericus Markó, disc. Keszthelyensis.

**Terminus solutionum ad moderatorem mittendarum
Cal. Octobres.**

Solutiones aenigmatum sumptibus comparcendi causā singulis in scholis a magistro collectae in eodem involucro epistulae ad moderatorem mitti possunt.



Novo anno scholastico ineunte socios lectoresque omnes salutamus. Gaudendum est, quod numerus latine scribentium in dies maior est. Utinam paginas «Juventus» adaugere possimus! Nunc interim ignoscant nobis omnes, quorum scripta nondum sub prelum missa sunt: tot habebamus rerum recentissimarum (vulgo; actualium), quae differi non poterunt. — Libros dono miserunt: D. Zentay, N. Kallio, O. Pilch, I. Szidarovszky, A. Potucek, Fr. Mező, O. Suszter, I. B. Pighi, I. Közi-Horváth, Eug. Fray, M. Baják, L. Cognasso, A. Moisan, Esp. Pólit, A. Sleumer, quorum recensione ordine apparebunt. — *Th. Rados*. Post tantum temporis intervallum, quae sine dubio recte culpasti, tamen iam non esse corrigenda puto. — *I. Linde*. Novum latinitatis praeconium, «Nuntium Latinum» gaudio affecti salutamus. America juvenis cum Europa senescenti etiā in rebus classicis haud in cassum certare videtur. — *Fr. Palata*. Carus nobis expectatusque sub vexilla nostra redisti. Debuisti iam pridem. Aenigmata Tua censori nostro magnopere placent. — *Q. Schmitz*. Administrator curabit, ut «Juventus» ad Vos in Brasiliam incolumis perveniat. — *Nonnullis*. Moderator non est sacerdos, ergo non «reverendissimus» appellandus est. — *A. Gellért, V. Gombár, L. Nyers, El. Nagy, O. Suszter*. Materiam ad vos missam latine reddere mementote! — Qui cum aliis lectoribus sive chartulas illustratas aut notas cursorias (vulgo: tesseras postales) mutare seu commercium litterarum habere volunt, nomen domiciliumque publicandi causa indicare velint. — Ceteris proxime responditur.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Katholikus Középiskolai Tanáregyesület költségén.
(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)